

Doc. 23

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Doc. 23

[1235?]

Iuris civilis professoribus universis magister Petrus, salutem et attendere ultimum ante primum.

1

Amaritudo amarissima et materia concreta doloribus humanis noviter mentibus concurrerunt. Nam unicus et singularis in terris homo, in quo velut in suo proprio leges convenerant et vivebat eloquentie tuba et consilii plenitudo sedebat, est revocatus ad patriam, de cuius revocationis amaritudine vox populi a fine usque in finem et terminos orbis terre dolorosa multum exivit. Nec mirum, quia iam optimus persuasor bonorum operum omnibus excellentissimus Iacobus de Regio Iesu Christo vitalem spiritum resignavit. Attritus est nimium derepente gloria vultus eius, in cuius occasu non solum Lombardia sole privata suo, verum etiam maxima pars viventium continuis lachrimis ingemiscit, et doloris gladius multorum animos perforavit. Nec inmerito, cum ipse dominus legifer et supremus de prescriptis iuris apicibus sensus informaret informes, et adhuc viventes viventia eius opera non desinunt informare. Qui licet ut homo desierit, non tamen desiit ut magister, quia mortuus ipse docet quantum sit appellatio mortis difficilis, violenta, et necessaria: difficilis, quia non est ibi solutio; violenta, quia resistentia nulla; necessaria, quia ex modo necessitas omnem superat syllogismum, exceptiones non recipit, dilationes aliquas non admittit. Verum quia mirabilis est ista regula mortalium, que nunquam fallitur, sed omnes fallit, fallentia videlicet veridica, que in credentia non habetur. Ipsa quidem est nequitie nebula, tristitie genitrix, diffusio lachrimarum, universe carnis exterminium, et singularem destructiva. Molto probabilmente si tratta di Pier della Vigna.

Ideoque, viri prudentes, in doctore mortuo prudenter addiscite quicquid possit et quantum fortia exterminantis angeli, et diligenter attendite quod legum facundia vel aliquarum scientiarum doctrinabm mortis imperio non resistit.

2

3

4

5

Cfr. *Is.*, 38, 18.

Su questo maestro cfr. R. Abbondanza, *Baldovini Giacomo*, in *Dizionario Biografico degli Italiani*, 5, Roma 1963, pp. 521-525.

Cfr. *Luc.*, 2, 35.

Cfr. il doc. 27. L'espressione sembra rimandare a un cliché derivato dal linguaggio del diritto. Ringrazio Benoît Grévin per avermi suggerito questo possibile riferimento.